



CONGREGATIO  
PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

*Dicasterium a die 5 Iunii 2022*

September 6, 2023

00193 Roma  
Via della Conciliazione, 34  
Indirizzo postale: 00120 Città del Vaticano

Prot. N. 168/2023


Your Grace,

I write in reference to the hierarchical recourse of Rev. Msgr. Antony Nariculam against the order of Your Grace transferring the aforementioned monsignor from the office of parish priest of St. Mary's Cathedral Basilica of the Archeparchy of Ernakulam-Angamaly.

Please find enclosed herewith a copy of the relevant decree of this Dicastery, with the same date and protocol number as the present letter.

With prayerful best wishes, I remain

Sincerely yours,

  
Fr. Michel Jalakh, oam  
Secretary



Rev. Flavio Pace  
Under Secretary

---

His Grace Mar Andrews THAZHATH  
Apostolic Administrator *Sede Plena*  
of the Archeparchy of Ernakulam-Angamaly  
Ernakulam, Post Box N. 2580  
KOCHI 682 031, Kerala  
INDIA

Encl.: 1



## DICASTERIUM PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

Prot. N. 168/2023

### DECRETUM

Viso recurso Rev.di Antonii Nariculam ad cautelam die VIII Iulii MMXXIII porrecto et die XV Iulii MMXXIII subscripto contra translationem ab officio parochi in Ecclesia Basilica Cathedrali Sanctae Mariae dicata per diei IV Iulii MMXXIII Prot. N. AA40/2023 decretum iussam ab Exc.mo Archiepiscopo Andrea Thazhath, Administratore Apostolico Archieparchiae Ernakulamensis-Angamaliensis;

Attento quod haud constat violatio CCEO can. 1400 et CCEO can. 1396 §3 a Rev.do Recurrenti adducta, cum Rev.dus Antonius Poothavelil tantum sit administrator paroeciae neque vero novus parochus et Recurrens haud ostendit quae sua iura diminuta sint una cum aequitate;

Pro comperto habito quod iuxta decretum gravatum ipse Rev.dus Recurrens per cursum electronicum diei I Iulii MMXXIII aperte se non aptum profitetur ad paroeciam Ecclesiae Basilicae Cathedralis gerendam;

Perpenso igitur quod Rev.di Recurrentis querela, videlicet «*all the norms of cann. 1397-1400 which must be observed in the transfer from the office of parish priest have been transgressed*», argumentis probationibusque minime confirmata est;

Dicasterium pro Ecclesiis Orientalibus, omnibus rite ac bene perpensis,

### DECREVIT


recursum Rev.di Antoni Nariculam ad cautelam die VIII Iulii MMXXIII porrectum et die XV Iulii MMXXIII subscriptum contra translationem ab officio parochi in Ecclesia Basilica Cathedrali Sanctae Mariae dicata per diei IV Iulii MMXXIII Prot. N. AA40/2023 decretum iussam ab Exc.mo Archiepiscopo Andrea Thazhath, Administratore Apostolico Archieparchiae Ernakulamensis-Angamaliensis, reiciendum esse et facto reicitur.

Ille qui putat se praesente decreto gravatum esse recurrere potest, ad normam iuris, ad Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal.

Notificetur iis quorum interest, ad omnes iuris effectus.

Datum Romae, ex aedibus Dicasterii pro Ecclesiis Orientalibus,  
die VI mensis Septembris A.D. MMXXIII.

  
✠ Claudius Gugerotti  
Praefectus

  
P. Michel Jalakh, OAM  
a Secretis